

62 DISSERTATIO SECUNDA
tiens seculorum fama ad nos detulerit.
Accedit tamen III. etiam *eventus prædictio-*
nū: ut illius imprimis, quæ est 1. de universali
gratia, seu de vocatione gentiū: cui 2. & al-
tera accedit de *speciali ira*, seu eversione
Judæorum, ob infidelitatem. Unde &
Judicem & legem agnoscimus, non mi-
nus, atque ex cadavere in supplicii loco
suspenso judicem & legem ejusdem loci
animadvertere possumus. Utique in
veteris instrumenti libris perspicue di-
versissimis temporibus uno sensu scri-
pta continetur: quos tamen libros diu
ante scripta Apostolica extitisse; ipsi Ju-
dæi, capitales Christi hostes testantur.
Omitto 3. experientia gratiæ, in lætitia mul-
torū licet morientium: 4. Iræ, in conscientia mul-
torum viventium: & alia, quæ magis inquirentibus
veritatem prophetia Christianæ abunde ostendunt.

Unde
sunt
dog-
mata
de
scrip-
turis

XXVIII. Ex his patet 1. Esse
dogma fidei Catholicæ, quod omnes
scripturæ à Prophetis & Apostolis tradi-
tæ hominibus, (sive immediate, sentien-
tibus verba & virtutes ipsorum; sive me-
diatè, audientibus consentiens testimoni-
um Majorum) sint verbum Dei. Id e-
nim non solum singulæ scripturæ vel ex-
pressis verbis, vel evidenti significatione
dicunt: sed testantur quoque partim cō-
sensus singularum cum scripturis priori-
bus,